

& in pœnam gladii converti poterit. Andr. Tiraqu. *de Pœn. Temperat. q. 60. fol. 111.* Farin. *Tom. 5. Oper. Crimin. q. 124. n. 170. fol. 268.* Berlich. *part. 4. concl. 5. n. 73. & seqq. fol. 51. & seqq.*

VII. Qui magos & ariolos consulunt vel pro recuperanda valetudine, vel pro restituendis rebus furto, aut alio modo amissis, etiam puniendi sunt, publicè in Ecclesia pœnitentiam agere tenentur, & insuper carcere vel multa pecuniaria coërceri poterunt *c. Admoneant. 26. qv 7. c. 2. Extr. de Sortileg.*

Quod si verò VIII. consuluerint Magos, ut hac ratione proximo nocerent, licet reapse actus nocendi non intervenerit, tum vel propter sceleratum saltem lædendi affectum relegari poterunt, *per l. 3. C. de Malef. & Mathem.* attamen, si alterius vitæ nocuerunt, gladio puniendi sunt. Berlich. *part. 4. concl. 5. num. 97. fol. 53.* Vide & Crusium *part. 2. c. 32. n. 127. p. 321. de Indic. Delict.* Anton. Matth. *ad lib. 8. ff. c. 5. p. 506.* Godelman. *l. 3. c. 11. pag. 129. & seqq. de Mag. & Venef. Delrio lib. 5. sect. 16. p. 1775. & seqq. Disqu. Magicar.*

## ARTIC. CX.

*Pœna famosi libelli, vulgò Pasquilli, item  
pictura, &c.*

**Straff schriftlicher / unrechtlicher / peinlicher  
Schmähung.**

**W**elcher jemand durch Schmachbrieff / zu Latein Liber Fomofus genant / die er ausbreitet / und sich nach Ordnung der Recht mit seinem rechten Tauff- und Zunahmen nicht unterschreibet / unrechtlicher / unschuldiger Weiß / Laster und Ubel zumist / wo die mit Wahrheit erfunden würden / daß der Geschmächt an seinem Leib / Leben / oder Ehren / peinlich gestrafft werden möchte / derselbig böshafftige Låsterer soll nach Erfindung solcher Ubelthat / als die Recht sagen / mit der Peen / in welche er den unschuldigen Geschmächten durch seine böse / unwarhafftige Låsterschrift hat bringen wollen / gestraffet werden. Und ob sich auch gleichwol die auffgelegete Schmach der zugemessenen That in der Wahrheit erfunde / soll dennoch der Ausruffer solcher Schmach nach Vermög der Recht und Ermessung des Richters / gestrafft werden.

AD